

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales,  
historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam  
pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam  
transscripti summo labore, cura, ac fide

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII**

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

AD ILLUSTRIS-  
SIMVM ATQVE OPTI-  
MVM PRINCIPEM, LVDOVICVM,  
comitem Palatinum, Rhenanum, ducem Baua-  
ria, &c. principem dominumque suum benignif-  
simum, GVILIELMI XYLANDRI, in  
PLVTARCHI operum volumen  
posterius suum,

P R Æ F A T I O.



PLVTARCHI Cheronēsis com-  
mentariorum horum, quos à me  
de Græcis inenarrabili atque in-  
credibili labore, summaq; fide &  
solicitudine Latinos factos tibi,  
LVDOVICE princeps illustris-  
sime, offero & dedico, ea est omnium  
doctorum cōsen u & prædicatione  
dignitas, venestas, ac utilitas: ut vereri nullo modo debue-  
rim, ne tibi hoc nostrum munus vile, aut tãto principe parum  
dignum videri posset. Porro autem cum iam pridem cōper-  
tum haberem, te patris tui omni laude superioris principis,  
maiorumq; adeo vestigijs insistentem, summa erga clientes  
tuos (inter quos nomen meum profiteor) humanitate uti:  
opus hoc meum, quodam tibi iure tuo debitum, ut sub tuo il-  
lustrissimo nomine in publicum darem, teq; hac vna qua pos-  
sem ratione demererer, diligenter considerat are consultif-  
simum fore duxi. Iure inquam tuo princeps optime. Nam  
cum ante annos serè decem alterum Plutarchianorum vo-  
lumen operum, quo vitæ præstantissimorum Græcorum ac  
Latinorum exponuntur virorum, itidem à me in Latinam

## EPISTOLA

traductum linguâ inscripsssem inclytissimo PATRI tuo,  
 alterum primogenito eius filio, quem fouendo etiam Xylan-  
 dro confidebam paternas emulaturum virtutes, iam inde  
 ab initio mearum in hoc opere arummarum animo destina-  
 ueram. Proinde in certissimam venio spem, cum tibi, Illu-  
 strissime princeps, tum bonis & humanis censoribus omni-  
 bus huius meæ dedicationis rationes admodum probatum  
 iri. ideoq; nolo ijs copiosius explicandis opinionem bonitatis  
 cause deminuere. Iam de ipso opere, eius autore, meoq; in-  
 terpretis labore vt aliquid dicam, non tam res ipsa me co-  
 git, quam non male receptus presandi mos hortatur, pro-  
 pter lectores, vt precipue apparet, institutus. Neque enim  
 laudibus maiorum tuorum, & qua tibi propria sunt decan-  
 tadis paginas implere decreui. quod genus exornationis qui  
 tractent, & sunt & erum alij me instructiores atque fa-  
 cundiores. Mihi in presentia satis est cum tibi, Princeps hu-  
 manissime, tum candido Lectori demonstrare, meum hoc tui  
 demerendi officium non esse à tua amplitudine alienum.  
 Nam quid ego PLUTARCHVM laudem, viram (quod  
 sumarsi viri testati sunt, hodieq; vno omnes periti ore asfir-  
 mant) incomparabilem? quid commendem philosophia om-  
 nnes partes, historiam, literaturam, & antiquitatis re-  
 conditissima declarationem, qua omnia hoc volumine qua-  
 si in copia cornu vberissimo comprehensa proponuntur? quid  
 de meo studio, conatu, labore, arumnis exantlatis in hoc o-  
 pere me iactem? PLUTARCHVM quidem laudare si  
 ordiar, non iniuriâ reprehendi possim eo modo, quo ab An-  
 talcida reprehensus, quidam fertur, Sparta Herculem lau-  
 dare aggressus. quis enim Plutarchum vituperauit? Ac nos  
 quidem cum dudum in Vitas ab hoc scriptas presaremur,  
 vt cunq; narrauimus qui is vir fuisset: qua huc inculcanda  
 minime duxi, suo loco copiosius omnia (Deo volente) enar-  
 raturus. Tamen me continere non possum ( tanta est in  
 animo



D E D I C A T O R I A .

animo meo huius scriptoris veneratio) quin aliquid saltem dicam. Spintbarus Tarentinus, magni vir nominis, Epaminondam cum vellet laudare, aiebat Neminem sibi ob-  
 tigiſſe hominem, qui & ſciret plura, & pauciora loqueretur. Magna me hercle laus, magniq; de maximo viro preclarum teſtimonium. Ego autem de Plutarcho pronunciare hoc non dubito (doctioresq; etiam idem faſſuros de ſequenque arbitror) neminem vnum ſcriptorem in manus perueniſſe meas, qui & plura in omnis generis rebus habuerit cognita, & plura litteris complexus philoſophia, prudentia humanioruq; literatura, quam philologiam dicunt, ſtudioſis fide & facundia tanta tradiderit ſubſidia. qua laude an maior vlla ſcriptori alicui egregio tribui poſſit, haud ſcio. Equidem fateor taciturnitatem in vita communi apprimè vtilem ac laudabilem eſſe, tutamq; ( vt 3. Car. 2. Flaccus noſter ſcitè dixit ) habere mercedem. Verum de multarum earumq; optimarum rerum peritis & doctis ap- poſitè, puto, uſurpauerit aliquis illud Cyclopiſ Euripideum. qui, cum Vlyſſes diceret,

Habens tua ipſe, videberis honoratior:  
 reſpondit,

Vtilior autem, amicis largiens, ero.  
 & in hoc genere maximè verum eſt, quod apud eundem poetam Iolaus pronunciat, virum bonum proximis natum eſſe. Ac ſi bonum communius quanto eſt, tanto haberi debet Heracli- melius, quæ ſententia in prouerbium abiit: bone Deus, diſ- quam meruit præclare de humano genere Plutarchus, qui non contentus didiciſſe & docuiſſe tam multa tamq; admi- randa, ad poſteritatem quoque & vniuerſos mortales con- denda hac bibliotheca ( ſic enim meritò appellabimus hoc eius opus ) doctrinam & peritiam ſuam propagauit. Quan- quam hanc quidem locupletioſiorem multò haberemus, ſi ad nos omnia autoris huius ſcripta perueniſſent: cum Eufebius,

## EPISTOLA

Stobaeus & Gellius (sive is Agellius est) citent libros Plutar-  
 chi iam dudum amissos: quorum iacturam apparet è reli-  
 quis esse dolendam: Stromateas Plutarchi, & opus de Dæ-  
 dalis Plataeensis Eusebius adducit. Stobaeus cum alia, tum  
 librum de mulieribus instituendis, Epistolam de amicitia,  
 contra vires corporis, de quiete, de nobilitate, contra nobili-  
 tatem, cōtra diuitias, de amore, de diuinatione. Gellius de  
 diuersa animorum & corporum indole & virtute, secun-  
 dum de Homero librum (de eo quem nos damus, alibi dictum  
 est quid sentiremus) & primum de eodem, de anima pri-  
 mum, aliosq; citat. vt Symposiaca, non sanè hysdem verbis,  
 aut eodem ordine quo hodie leguntur. Laudatur etiam vt  
 testis de rebus non vulgaribus prater eos quos dixi ab Eusta-  
 thio commentarijs Homericis: adeoq; à Simplicio Aristote-  
 lem de anima interpretante. ne Athenaeum referam, aut  
 Macrobiū, qui bucula ipsius non ita raro arauerunt. Qua  
 de re, alijsq; ad Plutarchum nostrum pertinentibus, pru-  
 dens haec plura dicere super sedeo. cum (vt dixi) breui spe-  
 rem fore, vt rem istam commodè pertractem totam. Ergo  
 de Plutarcho in praesentia satis. Opus ipsum quale esset, iam  
 obiter monui. MORALIA titulum ei faciunt, itaque  
 vulgò appellant. siue quòd maiorem partem putant esse de  
 philosophia morali, siue quòd ab ea sophiae parte, qua vite  
 humanae maximè est necessaria, tanquam à potiori deno-  
 minandam totam horum opusculorum duxit congeriem,  
 quicumque tandem huius indicis autor est. Nam moralia  
 quidem sunt & multa & admiranda doctrina atque venu-  
 statis. Sed audire velim, quanam pars porrò philosophiae,  
 quae facultas, quae literatae philologiae portio non pluri-  
 mum ex his ipsis disci Plutarchianis & illustrari queat o-  
 pusculis. poteram recensionem huic loco demonstrandi eius  
 quod dixi gratia attexere. sed vt ne te Illustrissime Prin-  
 cept, diutius abstinere ab ipsius Plutarchi nostri lectione,  
 aut

x. & 2. lib.  
 De prępa.  
 Eu.

I.  
 II.  
 III.  
 XV.

1.  
 8.  
 12.  
 10.



D E D I C A T O R I A .

aut per transennam ignavis proponere voluisse inspicientias  
 tantas res existimarer: saltem ad indices eorum quae Latina  
 daimus opusculorum prouoco, minime vel obscuros, vel  
 arrogantes: sed qui cum moralibus physica, mathematica,  
 logica, historica, denique omnis generis litteras tractari do-  
 ceritq; demonstrant. Reliquum lectio librorum ipsa abunde  
 patefaciet. Itaque iam nunc quod non superuacaneum esse  
 magnis argumentis colligo, ad rationem meorum laborum  
 breuiter reddendam me confero. Res ergo ita habet. Ante  
 annos aliquot, ex quo Vite Plutarchi nostrae hominum do-  
 ctorum & ingenuorum manus peruolitarunt, non desuere  
 qui suaderent, hortarentur, vrgerent, instarent, vt alte-  
 rum quoque hoc volumen eodem modo e Graco in Latinum  
 sermonem transferrem. Hesitavi diu, quod viderem ante  
 me neminem vnum ausum esse tantum opus moliri, vt po-  
 te cuius absolutis ineffabilem laborem, & tantum non to-  
 tius philosophiae ac literaturae peritum, plurimaq; lectionis  
 & acerrimi iudicij hominem desideraret, ne quid dicam de  
 felicitate loquendi & facundia, quae omnia quanta in me  
 sint, satis probe noui. Videbam viros doctissimos ita ferè  
 hec piscatos, vt facilima aut gloriam paratura aliquam de-  
 ligerent Latine edisserenda: ijs, quae difficiliora, aut minus  
 splendida essent praeferitis. quo factum est, vt quaedam in  
 hunc vsque diem ( nisi quid nos fugit ) interpretem nullum  
 sint nacta. Nolo nunc commemorare, quam multa & mise-  
 randa interdum errata eorum qui ante nos delibauere de  
 hoc Opere aliquid deprehensa sint. cum probem tragicam il-  
 lam imprecationem:

Pereas quicumque humana feligis mala.

Tandem victus aequitate, vt arbitrabar, flagitantium, &  
 rempublicam adiuuandi indefesso etiamnum studio, in hume-  
 ros meos hoc mihi onus imposui, & quo potui omnino modo  
 ad finem pertuli. Hic locus facit vt te, Illustrissime atq; beni-

## EPISTOLA

gnissime princeps, paulo liberius compellem: cause bonitate mea, & tua in primis fretus aqvanimitatis fiducia. Considerans enim aliquis tanti operis molem, & cum varietate rarissima coniunctam maiestatem, tum mendarum & lacunarum passim impediendum multitudinem, (quorum magnam partem interpretes nos antegressi aut non obseruauerunt, aut pro suo commodo disimulauerunt: nos astrictis allitis inopiam nostram testatam fecimus) tum quam multi ac varij versus carmine nobis reddendi, quis labor in conquirendis & annotandis ad expediendum Lectorem locis ab autore allegatis, quantusq; fuerit & quam molestus tolerandus. hac inquam, & alia quae modestiae causa disimulo, considerans aliquis: facile intelliget (modo homo sit) me mihi ita esse conscium, vt citra vllum vel somnium impudentiae & potuerim & debuerim T. A. has meas vigilias, meq; vnà tua benignissima liberalitati offerre. Atque adeo, vt sumam (quod Horatius vsurpauit noster) superbiam quaesitam meritis: cepi prouinciam duram, aut durissima potius quauis duriozem, & quam nondum vidi quis vnus se aditurum ita polliceretur, vt promissum impleret. adiuui tamen & multo quidem sudore, grauissimisq; laboribus, tamen Dei benignitate adiuuante hoc monumentum exegi. quod quale sit, ipsa res loquetur. Doctorem quidem hominum iudicia non reformido: periti modo sint rerum, & candidi. ceteros facile contemno. Id de me citra arrogantiam possum affirmare, hac mea lucubratione non ijs modo commodatum esse, qui Graece linguae ignari PLVTARCHVM vel omnino non legunt, vel saepe alienum pro auctoris sensum in vulgatis versionibus accipiunt: sed etiam ijs, qui non plane imperiti Graeci sermonis, in tanta varietate rerum comparatione gaudent vtriusque linguae. Glaciem, quod aiunt, ego secui: multisq; molestijs leuauit studiosos pulcherrimarum rerum cognitionem affectantibus.

Quo



DEDICATORIA.

Quod minus curo eorum morositate, qui nisi Ciceronianū, tersum politumq; & nescio quo tandē instrumento limatū nihil probāt. Ego perspicuitati operam dedi, qua nihil debet esse antiquius interpreti Verba vsitata & disertè significan-  
 ria multo malui suis locis adhibere, quàm obscurare studio nescio cuius Latinitatis res ipsas. ausus sum etiam vti nonnunquam in philosophicis explicandis licentia consingendorum verborum, vt intelligi sententię possent. Deniq; id quod licuisse mihi arbitratus sum in Vitarum interpretatione, & ibi in Praefatione quale esset exposui: heic mihi imperatum ab ipsa re sensi, ac morem gesti necessitati. Sed hac praecedenda sunt: nam reprehensores neq; spero fore vllos: neque sycophantas metuo. Satis mihi est, & erit, doctis atque candidis iudicibus, & qui circumstantias etiam rerum mearum, temporum, opportunitatumq; aequo animo norint perpendere, me posse probare arduosam hanc meam operam, reipub. literaria nauatam, atq; id me posse, confido.

Tantum itaq; est quod praefari ad te, Princeps Illustrissime, volui. Restat vt tibi opus nostrum commendem. Sanè spem non dubiam animo meo concepi, hanc meam lucubrationem iam pridem à doctis etiam viris expectatam, in manus hominum ita peruenituram, vt & vsui, & oblectationi permultis sit futura. vtq; sic sperarē, & PLUTARCHI scriptorum praestantia, & mea (quod arroganter non dico) solertia atq; laboriosissima industria mihi persuaserunt. omnino autem hinc ad remp. & ad priuatos homines vtilitatē fructumq; non penitendum rediturum, etiam alij me tacente ausi sunt spondere. Ergo, Illustrissime princeps totum hoc emolumentum quod ad rempublicam è nostra arduosissima pertinebit hac lucubratione, tibi volo acceptum grato animo ferant, tibi se Latinos hos Plutarchi commēarios debere agnoscant, tuis auspicijs me hoc confecisse opus sentiāt, ideoq; te colant boni & eruditi omnes. Totū hoc tuum esto,



EPIST. DEDICAT.

quidquid est laude & gratiarum actione dignum. erit profecto non nihil. Ego abs te, P. A. vicissim unum hoc peio qua de beoreuerentia & submissione, vt hoc nostrum munus benigno equoq; accipias animo, & miseriarum laboru. q; nostrorum eam habeas rationem, quam tibi generosissima tua indoles auita virtus, PATRIS exemplum, & spes nostra gratitudinis non deceptura diclabunt. Credo nō defuturos, quibus hac nostra prafationis coronis putida & sordida videbitur. Sed mea res sic sunt sic est animi candor. & Tua, Princeps, humanitati certus sum hac acceptiora fore, quam per adulandum & ambages quesitam (vt hodie vulgō fit) liber alitatis tue sollicitationem. Non erit Tibi decori, non erit fraudi, Princeps Illustrissime ac clementiss fructum nostra lucubrationis huius quem multi putāt fore neutriquam assernandum, ad rempublicam cum aliqua etiam tue munificentie prädicatione redire. nos quidem, & nostra omnia inuenies tibi prestō esse, si quis vsus tenuitatis nostra esse aliquando tue Amplitudini possit. Interim tua Illustrissima Celsitudini, & coniugi lectissime Principi, liberis. familia omnibusq; ijs quæ cara habes, à DEO OPT. MAX. omnia faustissima precamur, tuæq; nos clementie suppliciter commendamus. Heidelbergæ. Eidibus Sextil. anno M. D. LXX.

T. I. C.

Subditus, & addictiss. cliens

M. Guilielmus Xylander, philo-  
sophiæ publicus in Academia  
Heidelbergensi professor.